



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 30. Papæ Epistolæ ad Aurelianum & Valentinianum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

nandum Regis consensum obtineret. At Sæculum VI.
A.C. 549.
Cato ratus Cautinum sibi illudere, oblatum officium respuit. Cautinus sperni se intelligens valetudinem simulat, & noctu Claromontio egressus Metas contendit, ad Theobaldum Regem, eique S. Galli obitum denunciatur. Rex, & qui forte Purpuratorum aderant, convocatis multis Episcopis statim Cautinum Episcopum Claromontii ordinari voluerunt. Itaque Catonis Mandatarii postea illo missi rejam confecta advenerunt. Rex Cautinum cum Clericis, qui inde venerant, remisit, Bona etiam Ecclesiæ, quæ attulerant, reddidit, & Episcopos atque aliquos suis Cubiculis Præfectos honoris causa comites viæ dedit. Clerici Civesque Cautinum lubenti animo receperunt; at Cato adduci non potuit, ut ei se submitteret; unde in illa Ecclesia ortum est Schisma, nam & ipse suos habebat Sectatores. Cautinus æmulum expertus inflexibilem ei & omnibus ejusdem amicis Bona Ecclesiæ, quibus fruebantur, ademit; iis vero, qui ad suam obedientiam redibant, adempta reddidit.

§. XXX.

*Papæ Epistolæ ad Aurelianum &
Valentinianum.*

Vigilius Papa Constantinopoli Epistola

la

Sæculum VI. la Aureliani Arelatensis 14. Jul. anno
A.C. 549. 549. accepta respondit; nihil se egisse

Conc. V.
 Coll. 7.
 p. 558.

contra Decreta Pontificum Antecessorum suorum, aut contra quatuor Concilia. Tum profequitur: *Tu ergo Sacræ Sedis Vicarius cum sis, omnes Episcopos mone, ne mendacibus litteris, aut falsis nunciis quibuscunque ad eos delatis turbari se sinant, sed certum teneant, nos Fidem Patrum Nostrorum inviolabili servare constantia. (*) Postquam Imperator nos dimiserit, mittemus ad vos virum, qui accurate edoceat, quod ea quæ nobis proposueramus, partim ob hyemis rigorem, partim ob Italiæ calamitatem, quam non ignoratis, necdum efficere potuerimus. Hic ipsi de Bello Cothorum sermo est. Tum subjunxit: Cum sciamus Regi Cbildeberto maximam Sacræ Sedis Venerationem esse, eum instantissime rogate, ut Ecclesiæ in tanto periculo versantis curam suscipiat, & quia Gothi cum Rege suo Urbem Romanam intrasse dicuntur, Cbildebertus datis litteris ad Gothorum Regem petat, ne quidquam contra Ecclesiæ Nostræ Prærogativas agat, etiamsi ipse diversam profiteatur Religionem. Dignum enim est Rege Catholico, qualem vos habetis, Fidem*

(*) Interne quidem Vigilius Papa fidem non amisit, sed quæstio est, an illud *Judicatum*, quod edidit, contra Fidem non pugnaverit.

& Ecclesiam, in qua baptizatus est, omni virium contentione tueri. Omnino etiam Totila decimo quinto anno Belli Gothici nempe 550. denuo occupaverat Romam, eam sibi conservaturus. Vigili Epistola tertio Cal. Maji, anno Regni Justiniani 24. nempe 29. April. anno 550. data est. Prius etiam nempe 18. Martii Papa eadem super re ad Valentinianum Episcopum Tomitanum in Scythia Epistolam dederat, ut se a calumniis Rustici & Sebastiani purgaret. Rogat, ne ulterius eorum litteras recipiat, quod eos jam modo a sua Communionem removerit, & minatur Judicium Canonicum, nisi cito resipiscant.

Sæculum VI.
A. C. 550.

p. 557.

§. XXXI.

Sententia in Rusticum & Sebastianum lata.

Quod Papa prædixerat, implevit, atque Rusticum & Sebastianum lata sententia in modum Epistolæ ad eos ipsos directæ damnavit. Initio sermonem ad Rusticum dirigit, dicens inter alia: *Tu ipse deposcebas, ut tria Capitula damnantur. Tu præsentibus Diaconis Sapatō & Paulo & Surgentio Notariorum Primicerio exclamasti, non solum Nomen & Scripta Theodori Mopsuesteni a nobis esse damnanda, sed nihil evenire posse, quod tibi magis jucundum accideret, quam si ossa*

Conc. V.
Coll. 7.
p. 550.

ejus